



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Ornatus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

ORNATVS.

1. Ornari potest femina ad tegendam turpitudinē: quod si fiat ad vanitatem, ad fingendam pulchritudinem, mortale non est, etiam in Religiosa, si moderatē se ornet. *Nau. c. 23. n. 18.* Quod si quis alius inde sumat occasionem peccandi mortaliter, tunc mortale esse quidam aiunt, sed melius alij negant. *Nau. c. 23. nu. 23.* Illud verum, si in eo expendatur, quod esset necessariō dandum pauperibus, peccari mortaliter.

*De Ornatu *D. Th. 2. 2. q. 169. ar. 2. & Caiet. ib.*

**Nau. c. 23. n. 20. Caiet. vers. Ornatu.*

Quidam aiunt} *Syl. Ornatu n. 4.*

Sed melius} *Caiet. l. c. Nau. c. 14. n. 37.*

Illud} *Syl. l. c. nu. 8.*

2. Fœminam pectus nudum gestare sine mala intentione, quidam negant esse mortale, ego difficile talem absoluerem.

**Caiet. V. Ornatu c. 4. & 2. 2. q. c. art. 2.*

Videat confessor morem patrie, illatum alijs peccandi periculum, & cōsideret, an mortale sit: abusus quidem semper damnandus. *Caiet. l. c. n. 7.*

Mulier diaphana veste vtens ita, vt tota videatur, læthali scelere se obstringit. *Caiet. l. c.*

Vxor licitē se ornat, vt viro placeat si excessum vitet, & opera, ob id, præcepta non omitterat. *S. Thom. l. c.*

X 2 Pactum,